



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

378. In Dedicacione Templi. De beneficijs collatis in totam Ecclesiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIONES PRO FESTIS.

MEDITATIO CCCLXXVIII.

In Dedicatione Templi.

*De Beneficijs collatis in totam Eccle-
siam.*

Aspiciam Dominum in Ecclesiam mili-
tantem, innumera è caelo dona pluen-
tem. - Petam ea gratus agnoscere.

Cons. 1. Quòd Ecclesiam Catholicam
Deus in domum elegerit, & extra eam nulli,
aut notitiam plenam, sicut oportet, virtu-
tum supernaturalium, aut media ad bene
vivendum, aut aditum ad salutem æternam
concedat.

2. Ecclesiæ Principem aut Caput voluit
esse Christum, qui etiam ei sensum, id est,
cognitionem veritatis, & motum charitatis,
virtutum ac meritorum, & omnem pulchri-
tudinem elargitur.

3. Spiritum & Animum ei dedit, Spiri-
tum sanctum, à quo vivificamur, compagi-
namur, & unius corporis mēbra cōtinemur.

4. Confert in eam doctrinam veritatis,
quã cognoscant homines Deum, seipos, coe-
lestia, terrestria, præterita, præsentia & futura
sine

ES sine admixtione erroris, & super hanc doctrinam in omni virtute proficiant.

II. 5. Legem Evangelicam purissimam & sanctissimam in omnibus Præceptis & Consilijs, quæ omnem virtutem præscribit, nullam imperfectionem admittit.

eccle- 6. Gratiam, & abundantissima auxilia ad custodiendum hanc legem tribuit.

mili- 7. Sacramenta excellentissima, per quæ sluen- gratiæ auxilia ad omnem necessitatem in vita & morte consequimur, & sanctissimum Sacrificium, quo non aliud Deo, quàm Filij eius corpus offertur.

olicam 8. Efficaciam orationum: Nam magna nulli, petit & obtinet Ecclesia ob Capitis merita, virtute- sentitque sibi Numen adesse in prosperis & bene- adversis. rnam

voluit 9. Miram pulchritudinem ex varietate, id est, proportione & ordine statuum, & officio- ritatis, rum Ecclesiasticorum, quæ ejus conserva- alchri- tioni deseruit.

Spiri- 10. Perpetuitatem, quâ ab initio mundi pagi- incipiens usque ad finem permanebit, & emur. portæ inferi non prævalebunt, post diem itatis, judicij translata in cœlum ad dexteram sui s, cœ- sponsi sedebit, interea militantibus in Ev- futura charistia *Tabernaculum est Corpus Chri.* sine

si, ut ait D. Chrysostrum.
in Psal. 18.

MEDI-